



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Diss. 40  
3645/2

4<sup>te</sup> Diss. 3645/2

Weishaupt

<36642108650016 

<36642108650016

Bayer. Staatsbibliothek



Del. 3645. (2)

2.

# ADAMI WEISHAAPT

J. U. DOCTORIS SERENISSIMI, AC POTENTISSIMI DUCIS, ET  
ELECTORIS UTRIUSQUE BAVARIÆ CONSILIARII AULICI ACTUALIS,  
SS. CANONUM, HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ, & PHILOSOPHIÆ  
PRACTICÆ IN ALMA CATHOLICA, ET ELECTORALI UNIVERSITATE  
ANGLIPOLITANA PROFESSORIS P. O., ac p. t.  
CONSULTISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ  
DECANI

---


DE  
LAPSU  
ACADEMIARUM  
COMMENTATIO POLITICA

---

QUAM  
ANNUENTE INCLYTO JURISCONSULTORUM ORDINE UNA  
CUM  
*ADJECTIS EX OMNI JURE COROLLARIIS*  
ABSQUE PRÆSIDIO  
PRO  
SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS, & PRIVILEGIIS RITE, AC SOLEMNITER CONSEQUENDIS  
PUBLICÆ DEFENDENDAM SUSCEPIT  
*Prænobilitis, ac Generosus*  
JOANNES NEPOMUCENUS JOSEPHUS MARIA  
Nob. de STOCKHAMMERN,  
Gastunus Salisburgensis,  
IN AULA ACADEMICA  
HORIS & TEMPORE CONSUETO  
MENSE AUGUSTO MDCCLXXV.

---

PAPPENHEMII,  
*Typis* Joannis Jacobi Seybold, Typographi Aulici.



SERENISSIMO  
ET  
POTENTISSIMO PRINCIPI  
AC  
DOMINO DOMINO  
MAXIMILIANO  
JOSEPHO,  
UTRIUSQUE BAVARIÆ  
AC PALATINATUS SUPERIORIS  
DUCI,  
COMITI PALATINO RHENI,  
S. R. I. ARCHIDAPIFERO  
ET  
ELECTORI,  
LANDGRAVIO LEUCHTENBERGÆ  
*Reliqua Reliqua*  
*DOMINO DOMINO LONGE SUO*  
*CLEMENTISSIMO.*



THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY  
540 EAST 57TH STREET  
CHICAGO, ILL. 60637  
TEL: 773-936-3000  
WWW.CHICAGO.EDU

N. 258.

**Commentatio de Lapsu Academiarum.**

*Imprimatur.*

Registr. fol. 53.

Sign. München in dem Churfürstl.  
Bücher, Censur / Collegio den  
18. Julii 1775.

**Wilhelm Wodiczka, Secret.**



SERENISSIME,  
AC POTENTISSIME  
PRINCEPS ELECTOR,  
DOMINE DOMINE  
LONGE MIHI CLEMENTISSIME!

**U**terer sane, SERENISSIME, ac POTENTISSIME PRINCEPS ELECTOR!  
*uterer sane excusatione temeritatis, qua solent plurimi, si aliis magis, quam TIBI DOMINE DOMINE LONGE MIHI CLEMENTISSIME! Commentationem hancce merito dicendam arbitrarer. Liberant me operosa hac diligentia Divinae TUAE Virtutes, quod & studiorum universim amantiſſimus es, & litteraria molimina utut tenuia haud facile adspernaris. Est haec propria Laus TUA DOMINE! quod Scientiam in TE omnem tam in summo positam conspiciamus omnes, ut, dubii relinquamur, an uspiam alibi dignius*

gnius hospitet, cum in TE par sibi domicilium invenit, in quò tota se, Tu autem quantus es? explicaret. Mirantur hi tanto fastigio comitatem summam, suspiciunt alii pertinacem in gerendis Reipublicæ negotiis industriam, reliquas virtutes TUAS prædicent plerique omnes. Me singularis, quo studia prosequeris, amor in TUI admirationem abripuit. Academicæ TUÆ graviter decumbenti, ac tenuiorem Spiritum trahenti, vitam, viresque restituiisti POTENS ÆSCULAPIUS: aucta insigniter Bibliotheca, auctis Professorum stipendiis, sublatis honorariis antehac præstari solitis, editisque saluberrimis in bonum Academicæ Constitutionibus eriget brevi Caput Anglipolitana TUA. Dent TIBI Superi PRINCEPS OPTIME! PATER PATRIÆ BENIGNISSIME! Annos ad invidiam prosperos, & felices: servent in Te Litterarum amorem singularem plane, quem dederunt, faciantque, ut diu Munificentia TUÆ fructibus supersis: ita precatur

SERENISSIMÆ,  
AC POTENTISSIMÆ  
ALTITUDINI TUÆ

Servorum infimus  
Defendens.



DE  
LAPSU ACADEMIARUM  
COMMENTATIO POLITICA.

§. I.

**R**erum omnium, maximarum æque, ac minimarum varia esse initia, progressionem, & vicissitudines miras, tum communis rerum mundanarum enarratio, tum vel maxime in rebus literariis facta Academiarum Germaniæ, atque hujus etiam nostræ Angelopolitanæ testatum faciunt. Cum enim per annum hunc Album Academicorum nostrorum, qui ab anno Academiæ natali MCCCCLXXII. ad hæc, quæ vivimus tempora, Studiorum causa huc convenire, perlustrarem, non potui non veterem Gymnasii hujus splendorem, ac famam mecum mirari, cujus equidem ratio non ab inscriptorum quantitate (a) ac numero, quam ab  
\* A eorum-

eorundem qualitate patria (b) Natalibus (c) & dignitate meliori jure repetenda venit.

- a) Ex sedula perlustratione Albi Academici cognoscere licuit, numerum uno anno hic Studentium nunquam 800. excessisse. Immo quantitas omnium Albo nostro inscriptorum ad 50000. ascendet, ita, ut ab anno Academicæ primo 1472. usque ad annum 1613. numerentur nomina Academicorum 26918.
- b) Si Patriam, vel Provinciam spectare velis, vix una erit ex Europæis, quæ non suos incolas studiorum causa Ingolstadtium ablegaverit. Anno 1598. sub Reſtoratu Henrici Canisii J. C. die I. Augusti inscriptum legi Ernestum Henricum Constantinopolitanum Græcum: anno 1571. Rectore Rudolpho Clenckio nomen dedit Matriculæ Ingolstadiensi Casparus Buffion Æthiops. Præterea fuere ex Hispania, Lusitania, Anglia, Scotia, Hibernia, Insulis Orcadibus, Dania, Suecia, Norvegia, Livonia, Polonia, Lithuania, Borussia, Hungaria, Transilvania, Croatia, Belgio Batavia, ex omni Germania, Italia, Gallia, Insula Melitensi, Helvetia, Tyroli, Silesia, Moravia, Bohemia, Carinthia, Carniola, Tractu Tergestino, tanto numero, ut Poloni, ac Lithuani soli numerum millenarium longe excedant.
- c) Si Natalium splendorem, ac profapiam consideres, Nobiles numeravit Academia nostra ultra 7000. quorum Celebriores solum adjecta sub finem Tabula exhibet.
- In

In his gloriamur adventu, & quadriennio Studiorum Gloriosissimi, & Invictissimi Romanorum Imperatoris FERDINANDI II. Numeravit hoc nostrum Athenæum suos Electores, Duces, Principes, Marchiones, Archiepiscopos, & Episcopos, nec defuere quoque S. R. E. Cardinales: Ex Capitulis Germaniæ Cathedralibus fuere ultra 500. Canonici, ut taceam eos, qui ex Ecclesiis Cathedralibus Poloniæ, Italiæ, & Galliæ quoque frequentiores fuere. Ex Capitulo Moguntino fuere. 7. Coloniensi. 6. Trevirensi. 2. Salisburgensi. 17. Bambergensi. 63. Herbipolensi. 83. Eystadiensi. 56. Canstantiensi. 7. Augustano. 47. Frisingensi. 29. Bataviensi. 15. Spirensi. 13. Wormatiensi. 6. Ratisbonensi. 40. Misniensi. 3. Naumburgensi. 1. Magdeburgensi. 2. Argentoratensi. 3. Elvacensi. 16. Tridentino. 4. Curiensi. 2. Paderbornensi. 1. Hildesimensi. 2. Comburgensi. 2. Pragensi. 3. Viennensi. 2. Ollmucensi. 3. Verdunensi. 1. Leodiensi. 3. Vratislaviensi. 2. Campidunensi. 8.

## §. II.

Hæc tanta, tamque eximia cogitanti suavissima voluptas animum subiit, quod inde a trecentis annis uno quasi obtutu tantorum ex diversissimis mundi partibus Literatorum nomina se oculis meis exhiberent, ac post suum quoque ab hoc nostro Athenæo discessum in gratissima Posterorum recordatione adhuc viverent, ac existerent. Unde hic Albus Academicorum conscribendi modus a duplici commodo se mihi commendabat.

\* A 2

§. III.



## §. III.

Cum enim Studiorum communitates Equi instar Trojani censeantur, ex quibus tot, ac tanti Literati optimo Patriæ suæ comodo prodire: ex quibus tanquam e promptuario Scientiarum cuncti delibent, certissimi erunt fontes, ex quibus controversa sæpe Historiæ literariæ capita terminentur. Id quod eadem ratione ad restituendas Familiarum illustrium Genealogias (a) Avorum quorundam frustra quæsiturum jacturam supplebunt. Qua in re maxime optarem, atque institutum utile, Literatorum memoriæ necessarium Familiarium illustrium bono commodissimum existimarem, si hac in parte Academiæ Germaniæ, ac præsertim illæ hac nostra antiquiores, Viennensis, Erfordiensis, Heidelbergensis, Pragensis, & Lipsiensis conspicerent, & Civium suorum nomina Typis publicis evulgarent.

- a) Cum sciamus Avorum memoriam ex libris parochialibus, Catalogis Canonorum, Libris Baptismalibus, & sepulchralibus, monumentis mortuorum sæpenumero fuisse restitutam, non minori jure id præstabunt Matriculæ Academicæ, & conditæ, & custoditæ autoritate vere publica utilitati Familiarum illustrium præfens, & sub finem adjectus Catalogus consulit: exhibeo solum nomen Gentis, quo anno primus ex ea ad nos accesserit, cui etiam tertium addo, quot, ex quavis Familia adfuerint. Numerum hunc ineffabilem non affirmo, festinatio, & moles laboris curam exactiorem non admiserunt. Si nomina singulorum de quavis gente addere voluissem, Libellus ultra propositum fuisset ausus

ctus Neque tamen minus prodest. Ponant in Stemmate Genealogico aliquem Avorum desiderari, Catalogus hic noster exhibet, an ex ea Gente, quando, & quot adfuerint. Nomen ipsum desuper consulti exhibimus.

§. IV.

Hæc Albi nostri perlustratio aliam porro considerationem peperit, cur non hæc nostra solum, sed aliæ quoque Academiae præteritorum Seculorum Splendore non amplius corruscarent? Paucissimæ enim sunt, quæ insigni extraneorum Nobilium, Illustrium, non dicam Principum numero gloriantur. Efferbuit illa Avorum nostrorum sciendi lubido, atque orexis, & quod mirum est, cum Scientiarum augmentis decrevit, quasi de tanto Scientiarum cumulo assequendo Adolescentes nostri desperassent, ac purissimos Scientiarum fontes, dum exhaurire nequeunt, nollent etiam delibare. Hæc consideratio præsentis pagellas peperit, quæ causas inquirat, cur Academiae nostræ, dum Seculis crescunt ætate, splendore tamen, ac discipulorum numero decrescant. Neque nos primos hæc sollicitudo anxios tenuit. Acta Facultatis juridicæ Ingolstadiensis exhibent Libellum (a) qui ad Scholæ Anglipolitaneæ Patronos dirigitur, & de paucitate Studiosorum conqueritur.

a) *Causa paucitatis Studiosorum, nomine Facultatis oblata Magnificis DD. Patronis mense Martio. 1563.*

1.) Satis multi Studiosi hic sunt, sed pauci ingrediuntur Lectiones. Decanus autem, & Collegium juridicum

\* A 3

*De Lapsu Academicarum*

ridicum huic rei mederi non possunt: cum studiosi sint persuasi, eos posse fieri doctos etiam sine Præceptorum *Lectionibus*. Qua propter nobis videtur, ut Magnifici DD. Patroni huic rei consulant.

2.) Quod autem pauciores hic sint studiosi, quam aliquando, causæ plures possunt assignari: quod non nunquam etiam sine gravi causa videmus etiam aliis in Scholis omnium rerum esse vicissitudinem vitio ipsorum temporum.

3.) Quod hic tanta est victus caritas, quæ non solum Studiosis, sed etiam Professoribus propter Stipendiorum exiguitatem nimis est gravis.

4.) Professoribus etiam molestum, quod non nullis ad commendationem fortassis quorundam angeantur Stipendia, cum interim de aliis melius meritis taceatur, qui hac inæqualitate se contentos vident.

5.) Constat etiam plus satis, quod Subditi Clementissimi Principis nostri Filios, & Cognatos suos, quos alias huc miserant, ad alias Universitates tum Catholicorum, tum (Stylo illorum temporum) Hæreticorum mittant, quæ res non Scholæ solum, sed ipsi etiam Principi damnosa est.

6.) Accedit præterea, quod in paucis annis erectæ sunt novæ Scholæ, & Collegia in Vicinia, in quibus detinentur Studiosi, qui alias huc venissent.

7.) Por-

7.) Porro manifestum est, Studium Juris numero Scholarium plerumque hic floruisse propter numerum Saxonum, & aliorum ex Septemtrionalibus Regionibus huc confluentium, qui jam discesserunt propterea, quod jam satis diu hic fuerunt: alii autem non advennerunt, quos nos quidem vi adducere non potuimus, sed causam emanendi præter ceteras hanc putamus, quod in reformationibus Scholæ sciant contineri, quod singulis annis omnes Studiosi more Catholicorum communicare debeant: quod quidem Professoribus præplaceret, qui tanquam Catholici, Catholicam etiam fidem propagatam vellent. Verum Saxones, ne ad id adigantur, potius alio, quam huc proficiscuntur: cum metuant hujus rei executores fore DD. Jesuitas, & Dnum. STAPHYLUM, quos, quia oderunt (quod tamen nostra culpa non sit) etiam metuunt.

8. Denique plures propter pestis suspicionem abjecerunt, & qui venturi fuerunt, emanerunt.

### §. V.

Atque hæc iis temporibus contigere, dum D. CASPARUS EVERHARDUS J. C. munus Rectoris gereret, sub quo uno Semestri 123. Academici fuere inscripti, ex quibus Illustres, ac Nobiles quam plurimi (a) quodsi igitur hæc querelæ illis temporibus justæ fuerint, non minori ratione nostris diebus proferentur.

a) Eo-

*De Lapsu Academicarum*

a) Eodem anno, quo Facultas nostra de paucitate Studioforum ratiocinatur, Matricula exhibet :

1. Sereniff. D. WILHELMUM V. D. G. Bav. Ducem.
2. Serenifs. D. FERDINANDUM D. G. Bav. Ducem.
3. Serenifs. D. ERNESTUM D. G. Ducem Bav. postea Elector. & Archiepiscop. Colon. Episc. Frising. Hildesh. & Leodiensem.
4. Illustr. D. CAROLUM Comitem ab ARBURG,
5. Wilhelmum Awer a Tobel.
6. Philipp. Werb, *Nobil. Antwerpianus.*
7. Henric. Hagen, *Nob. Transilvanus.*
8. Bernardus Quaad, *Nob. Juliacensis.*
9. Wilhelm a Lösch.
10. Joan. Gerweck L. B. a Schwarzenberg.
11. Eberhard a Clofen.
12. Caspar. a Nothafft.
13. Joannes Ludwig } L. B. a Colowrat.
14. Henricus }
15. Henr. Carl. a Kirchberg, *Nob. Brunsvicensis.*
16. Christoph. Awer in Bulach.
17. Albert } a Wildenstein.
18. Fridrich }
19. Christoph. } ab Hornstein.
20. Bruno }
21. Ant. v. Sigerstorff.
22. Achat. Nothafft a Tann.

23. Lud-

23. Ludwíg Gomez |  
 24. Ferdin. Albert. } ab Hoyos B. in Sixtenstein.  
 25. Joann. Alphons }  
 26. Albert Sperlinck v. Reichenaw, *Nob. Prutenus.*  
 27. Albertus a Gumpenberg.  
 28. Virgilius ab Holdingen.  
 29. Petrus a Freiberg.

§. VI.

Causæ a Majoribus nostris adlegatæ tales sunt, quarum aliæ etiamnum durant, aliæ desierunt, aliquæ denique successu temporis novæ accesserunt: in aliis remedium in nostra manu est, cum præterea adhuc inveniantur vitia, & defectus, quibus ne volentes quidem medebimur.

§. VII.

Aq̄ primo quidem crescente Academiarum numero, Scholarium quoque numerus jure dicitur imminutus, sicut fluminis alveum multiplicatis brachiis dividi, atque imminui necessum est. Atque ut de hac nostra loquar, quam præ reliquis cordi habeo, posteaquam a Sereniss. D. LUDOVICO DIVITE Bavariae Duce solemniter fuisset inaugurata Anno Domini MCCCCLXXII. Academias antiquiores vidit *Viennensem, Heidelbergensem, Pragensem, Erfordiensem, Coloniaensem, Lipsiensem, Rostockiensem, Grupswaldiensem, Herbipolensem, & Basileensem.* Cum Anglipolitana natæ sunt *Trevirensis, ac Tubingensis.* Cum hoc Academiarum numero res ita comparatæ esse poterant, ut quævis earum numerum aleret Academicorum fati honestum, immo,

\* B

si ce-

si cetera forent æqualia, nulla esset in destructionem alterius. Successu tamen temporis Academiarum numerus ita fuit auctus, ut nullum in Germania quasi territorium sit, quæ non habeat sibi propriam: ita quidem, ut diebus nostris Academiæ non alio, quam primæ in territorio Scholæ nomine compellari debeant. Mox enim anno 1477. Schola *Moguntina* Natales suos habuit, quam sequutæ sunt *Wittenbergensis*, *Francofordiensis*, *Marburgensis*, *Argentina*, *Regiomontana*, *Fenensis*, *Dilingana*, *Olomucensis*, *Altorfina*, *Helmstadiensis*, *Græcensis*, *Giessenfis*, *Rinteliensis*, *Salisburgensis*, *Bambergensis*, *Teutoburgensis*, *Chiloniensis*, *Oenipontana*, *Hallensis*, *Uratislaviensis*, *Fuldensis*, *Göttingensis*, & *Erlangensis*. Interea, dum Germani in erigendis Academiis tantam operam collocarent, non minori quoque Labore, in aliis quoque Europæ partibus fuit defudatum.

**Ex** Fastis nostris Academicis scimus, quam male hic Academiarum numerus Anglipolitanam habuerit. Quanti etiam Poloni apud nos fuerint, postquam *Vilnensis*, & *Zamosciana* Academiæ noviter fuissent erectæ, rarior eorum, uti & Lithuanorum in Albo nostro occurrit numerus. Post *Oenipontanam*, *Uratislaviensem*, *Græcensem*, *Salisburgensem*, & *Olomucensem*, *Styrii*, *Carinthe*, *Moravi*, *Bohemi*, *Silesii*, *Carniolani*, ac *Tyrolenses* fuerere rariores. *Salisburgensis* quoque, & *Oenipontana* *Italos*, prout *Dilingana* venturos ad nos *Helvetos*, ac *Suevos* excepit. Cum denique reformatio Religionis esset sequuta, & Bulla Pontificia de edenda Professione Fidei Catholicæ hic Loci fuisset promulgata, tota pars Germaniæ protestantica recessit.

## §. VIII.

## §. VIII.

Præter auctum ultra modum Academiarum numerum, illæ Germaniæ partes, quæ Academiis carent, Cives suos, aut in Scholis equestribus, aut Lycæis, vel Gymnasiis detinent. Priores adventum Nobilium impediunt, posteriores Theologorum maxime, ac Philosophorum Facultates minuunt.

Ita ex quinque vel sex Lycæis, quæ in Bavaria sunt, Schola nostra quovis anno quadringentorum, aut saltem trecentorum Academicorum damnum sentit. Quibus etiam jure merito studia monastica accenseri debent, quæ non solum Clericos sui Ordinis, sed seculares quandoque ab Academiæ nostræ accessu prohibent.

## §. IX.

Hoc tamen fato non omnis omnino Academiarum Germaniæ fors cecidisset, nisi aliud malum accessisset gravius. Sint etenim Academiæ, quantæcunque voluerint, vix erit, ut omnes æqualiter palmam sibi contendant: semper erunt aliæ magis, aliæ minus famigeratæ. Sed sit quoque plena cuique Libertas, de qua Provincia, vel Religione etiam fuerit ad celebriores accedendi: tollantur noxia illa, atque rebus etiam domesticis perniciosâ Imperia, queis subditi suæ Provinciæ prohibentur ingredi Academiâ extraneas.

Duplex enim malum video, quod inde oritur, commodum nullum, vel saltem minus, atque exiguum. Quo enim

\* B. 2

jure



jure nos erga extraneos utimur, eodem illi erga nos utentur. Si nostris accessum ad alias Germaniæ Academiæ occludimus, univēsa reliqua Germania suis quoque aditum nostræ interdicit. Cujus autem jactura gravior, unius vel alterius incolæ ac subditi, quam centum immo plurium extraneorum, qui patrimonio, & facultatibus suis Scientias hic Loci sibi compararent, nisi Principes Germaniæ ad jus talionis forent compulsi. Aliis hic remediis opus est, si civem intra Patriam continere velis, vis omnis removenda. Floreant Universitates domesticæ ad exterarum invidiam, vix erit unus, aut alter, qui agrum patrium relinquet.

Ast, si domi res malæ sint, si subditi coguntur ex fonte non limpido haurire, alterum erit periculum. Prohibentur subditi egredi Provinciam, ne sapientiores redeant: ut, quod domi non habent, foris non quærant. Nescio, qua re magis ignorantia foveatur. Simus Germani ejusdem civitatis germanicæ membra, nec manus civium in nos armemus, bello intestino perituri, ut, qui numero vincimur; & qui accessum extraneorum desideramus, discessum nostrorum ne prohibeamus.

Neque tamen invitus sum, immo e re patriæ fore existimo, si subditis tempus præfigatur, quod in Academia patria rebus, ac studiis domesticis impendant, cui, si satisfecerint, vis, & voluntas sit libera, nec ullis vinculis restricta.

§. X.

§. X.

Cum igitur rerum domesticarum integritas, ac fama sola, & unica sit remedium aptum, subditos intra Provinciam continendi, & accessum extraneorum promovendi; facile patet, famam Docentium, ac rumorem causam esse, cur Academiae numero Scholarium crescant, Doctorum fama mala dilabantur. Unde illa summorum Principum cura, cathedris Docentium de viris mediocriter doctis providendi, extolli pro meritis nequit. Facile est, ut multi si offerant, *qui nesciant, quid ferre valeant humeri, quid recusent*. Sæpe honor, & stipendiorum amplitudo effecit, ut *docti, indoctique se ingerant*, qui muneribus aliis rite, ac decenter præfunt, ac præfuere, non semper boni erunt Didascali; sunt in animo, sunt in corpore, quæ antecessorem præ aliis decent, mallem dicere, eos nasci, non minus, ac Poetas, queis mens sublimior, profundior, occupata ordine, queis *os rotundum*, atque si fieri posset, *magna sonaturum, des nominis hujus honorem*. Valet etiam de iis aliud Horatii dictum, quod *iis mediocribus esse, nec dii, nec homines concessere*. Cogitare, quæ cogitatu dignissima sunt, intra superficiem penetrare, in cogitando esse Liberum a servitio opinionum alienarum, in studiorum curriculo non subsistere, semper ultra conari, videre, penetrare, quæ alii non viderunt, animi sui sensa ita exponere, ut tibi non sis obscurus, aliis facilis, sermone, ac sono vocis ita ad ordinem, & venustatem redacto, ut ab animo cogitatis, & materiæ dignitate non sit alienus: Hunc ego diligam ex millenis, & dicam esse magnum Doctorem, & si intra Provinciam habere non possem, amplissimis stipendiis invitarem. (a) Hunc ego diis gratam, & mihi carum esse vellem, qui enim docendo profunt,

• B 3

multo-

multorum Juvenum animos imbuunt, qui si adultiores fiant, suorum liberorum ingenia ex suis metiuntur. Ut denique unius, vel alterius hominis exemplum, & doctrina tractu temporis in genium populi abeat, magno Patriæ commodo, si bonus ille fuit didascalus, sin minus, longo tempore difficile erit, malo inveterato remedium quærere.

a) Experta est illud sæpenumero Facultas juridica Ingolstadtensis, quæ inter Doctores suos alibi vocatos, & fama nominis insignes numerat :

D. FROMMONT, *Paristensem.*

D. FABIUM ARCAM DE NARNIA, *Romanum.* Postea Ingolstadio a Rege Portugalliæ ad Universitatem Coimbricensem avocatum.

D. ROMULÆUM *Patritium Florentinum.*

D. HIERONY. DE CROARIA, *Constantiensem.*

D. JACOBUM DE SCOTIS, *Mantuanum.*

D. JOANNETTUM, *Bononiensem.*

D. HENRICUM CANISIUM, *Noviomagum.*

D. CAIMUM, *Mediolanensem.*

D. NICOLAUM, *Burgundum.*

D. VIGILIUM A ZWICHEM, *Belgam,* qui Imperatoris Caroli V. Confiliarius, Gubernii Belgici Præses, & Ordinis aurei velleris Cancellarius fuerat.

D. FACHINÆUM postea Pifas ad munus Doctoris avocatum.

D. EVERHARDUM, *Amstelodamensem.*

D. MANZIUM, *Neoburgensem.*

D. Befoldum, *Tubingensem.*

D. BAS-

D. BASSUM, *Grisonem.*

D. NINQUARDUN, *Rhætum.* Aliosque complures, quos nostro quoque tempore fama nominis sui claros, ad munus docendi huc fuisse advocatos hodie- dum intuemur.

§. XL

Cum vero talem esse oporteat Doctorem academicum, eumque, si talem inveneris, lucro ille, & Thesauro Principis sit adponendus. Curandum quoque, ne fervor ejus incipiat languere, ut experiatur nullibi, nisi docendo sibi bene esse, nullibi melius. Stipendia ita sint comparata, ut non solum inopiam excludant, sed venturis quoque calamitatibus, atque Liberorum educationi, si quos habeant, prospiciant. Non onerentur solum, sed honorentur quoque, ne elabantur. Nam, si boni sunt, servitutem respuunt. Nulla res unquam Literis magis obest, quam contemptus, & servitus Literatorum. *Honor alit artes (a) Studia incenduntur gloria* vetus dictum est. Fuere illa tempora, cum Stipendiorum amplitudine, atque honorum sibi inde accedentium cumulo excitati Nobiles quoque in Facultate nostra munus docendi non declinarent, neque ignominiae sibi fore existimabant, si & sanguinis, & Studiorum splendore forent insignes. (b)

a) Apposite ad hanc rem disserit celeberrimus ævi sui Literator LUDOVICUS VIVES *L. I. de causis corruptarum artium :*

„ Excellentia ingenia, quæ se contemptui vident futura  
 „ si doceant munus tam fructuosum, tam dignum illo  
 „ acu-

*De Lapsu Academicarum*

„ acumine, illa ingenii luce, illo iudicio, ac peritia,  
 „ refugiunt, & averfantur. Deferunt Scholas, in qui-  
 „ bus totius humani generis Linguae, animi mentes ad  
 „ optima, aut pessima informantur: tradunt has con-  
 „ taminandas tardiffimis ingeniis rudibus, pravis, fer-  
 „ vilibus, quae vel nihil cunctantur spe tenuiffimi præ-  
 „ mii in Scholas se tanquam in Pistrinum intrudere,  
 „ vel avide Scholas arripiunt, tanquam gloriolæ ali-  
 „ cujus messem. Atqui hujusmodi ingenia docent vel  
 „ pessima, quia non norunt alia, vel corrupta ab ani-  
 „ mo ad pecuniam vel famam cæco impetu curren-  
 „ te.

Accedit, quod hac semiliterarum æquali, vel felice cum  
 bene meritis sorte, bonorum omnium studium ac fer-  
 vor mirifice langueant; immo si foris, & extra Pa-  
 triam melius sibi esse cognoverint, illuc se conferant,  
 ubi Principum iusta in Literatos regnat existimatio,  
 neque in literis parcendorum sumtuum initium sumi-  
 tur. Quod si fateamur, quod res est, illud Germanis  
 proprium, quod Literarum iniqui sint aestimatores.  
 Les Allemands nous fournissent Leur chimerique &  
 ridicule amour pour les vieux titres, & les anciens  
 contracts, & leur peu d'attention pour tout ce qui  
 n'est pas Duc, Comte, Marquis, ou Baron.  
 Nous verrions avec surprise combien ils font peu de  
 cas des plus rares vertus & des plus grands talens,  
 en égardaux honneurs que les Anglois rendent au  
 vrai mérite. Le mépris, ou pour le moins l'indiffe-  
 rence

rence que les Hanovriens affecterent pour la mémoire de Leibnitz, est une preuve évidente de cette vérité. Cet illustre Philosophe étant mort, Mr. Eccard, son élève, son compagnon, son ami intime, qui avoit vecu près de dix neuf ans avec lui, se chargea de faire à ce grand homme un convoi funébre qui fût digne de son mérite. Il invita toute la cour à ses funeraillies, & personne n'y parut; au Lieu qu' on auroit été en foule à l' enterrement d'un fat, décoré de titres pompeux. Ceux de Philosophe célèbre, de savant Mathématicien, de Metaphysicien sublime ne trouverent aucune grace auprès de Messeigneurs les allemands. Les Anglois au contraire ont rendu à la memoire de Newton les mêmes honneurs qu' à celle d'un Roi- qui auroit conquis trois Royaumes, ou qui auroit fait par sa sage conduite dans la paix le bonheur de tous ses sujets. *Ce qui encourage le plus les Arts en Angleterre, dit Mr. de Voltaire, c'est la consideration ou ils sont. Le portrait du premier Ministre se trouve sur la cheminée de son Cabinet. J' ai vu celui de Mr. Pope dans vingt maisons. Mr. Newton étoit honoré de son vivant, & l' a été à près sa mort comme il devoit l' être; les principaux de la Nation, se sont disputé l' honneur de porter le poële à son convoi. Entrez à Westminster, ce ne sont pas les tombeaux des Rois qu' on y admire, ce sont les monumens que la reconnoissance de la Nation à érigés aux grands hommes qui ont contribué à sa gloire. Vous y voyez leurs statues, comme on voit dans Athènes celles des Sophocles, & des Platons.*

\* C

Il se-

*De Lapfu Academiæ*

Il seroit à souhaiter que tous les peuples imitassent les Anglois dans la veneration qu'ils ont pour les grands hommes que la Nature forme chez eux. Je suis assuré que l'Angleterre est redevable de tous les genies célèbres qui l'ont illustrée depuis plusieurs années, à l'encouragement qu'on y donne aux gens de Lettres ; mais on ne peut guères esperer de voir un goût & un usage aussi louable devenir général par toute l'Europe. *Lettres Caballistiques. Lettre LXXVIII.*

b) Ut Italos, & Belgas taceam, ex Nobilitate germanica hic docuerunt :

1. D. WILHELMUS *de Fraunhofen.*
2. D. Mendl *de Steinfels.*
3. GISBERT *v. Stolzenburg.*
4. THEODORICUS *de Reifach* postea *Affessor Cameræ Spirensis.*
5. THOMAS *de Rosenbusch* postea *Cancellarius Landishutenfis.*
6. THEODORICUS UNGELTER *v. Teiffenhausen.*
7. WIGULÆUS AB HUND. *Author celebr. operis Metropolis Salisburgenfis.*
8. SIXTUS TUCHERER *Patrit. Norimbergensis.*
9. GABRIEL BAUMGARTNER *Patrit. Norimberg.*
10. VALENT. SCHMID *v. Wollenstein.*

Ut taceam quoque alios, qui ex gremio Facultatis juridicæ ad Cameram Imperialem, vel Consilium Imperii aulicum magno numero fuere advocati, quos inter :

1. THEO-

1. THEODORICUS A REISACH.
2. CASPARUS SCHUBER.
3. NICOLAUS EVERHARDUS, *Amstelodamensis*, qui ex  
Assessore Cameræ Spirensis se huc ad nos ad munus  
docendi contulit.
4. JOANNES BAPTISTA WEBER Vicecancellarius  
Imperii.
5. CASPARUS EVERHARDUS.
6. RICHARDUS OSSANÆUS.
7. HUBERTUS GIPHANIUS *Confiliarius Imperii auli-*  
*cus.*
8. LEONARDUS ZINDECHER.

Prout etiam novissimo Exemplo ad Cameram Imperialem  
præsentatus fuit MAGNIF. D. JOS. S. R. I. NOB.  
DE WEINBACH *Instit. Imperial. & Pandect. Prof.*  
*ac p. t. Studii Ingolstadiensis Rector.*

§. XII.

Et cum porro nostris diebus omnes fere Litteratorum  
curæ eo tendant, ut, in quo cœpere gradu, nolint subsiste-  
re, quæ ab Antecessoribus, vel omnino non, vel falsa, vel  
obscurius prolata fuere, ea sub incudem revocent, & modo  
Seculi genio attemperatiore palam faciant, pejus sibi consu-  
lent illæ Germaniæ Scholæ, in quibus velut in Salmanti-  
censi, Doctrina SCOTI vel DURANDI singulari Cathe-  
dra etiamnum fovetur, ubi famosissimæ Realistarum, aut No-  
minalistarum non absimiles Sectæ vigent, ubi super levissi-  
mis, immo inanissimis quæstionibus Doctores sibi mutuo bel-  
lum



lum inferunt: ubi denique Dominatus ille viget, ac Spiritus intolerantiæ optimos quosque, propterea quod novitatis essent studiosi, quod vestigia græca ausi essent deserere, tanquam novatores noxios terra, igni, ac aura patria proscripserint. (a) Fuit hæc olim quasi omnium catholicarum in Germania Scholarum imago. Neque hæc nostra quoque Anglipolitana ab hac turpitudinis nota fuit immunis, donec anno proxime præterito omnia Scientiarum Monopolia proscripta, Sectæ extinctæ, Libri ad Legendum quique novissimi, & optimi delecti, cursus academicus in quavis Facultate determinatus, stipendia pro Collegiis sublata, atque omnes Scientiæ ex jugo servitutis ereptæ, ac Libertati suæ fuerint restitutæ: quem annum sub Auspiciis DIVI MAXIMILIANI III. alterum Academiæ nostræ post trecentos annos Natalem reveremur, atque suspicimus.

a) Eleganter illud pro more suo persequitur latidatus supra LUDOVICUS VIVES *eadem Libro.*

„ Quæcunque a receptis discrepant, explosa exhibita  
 „ sunt, velut insanix, & furoris plena, nec cognita,  
 „ nec audita, sed tantum ex suspicione, quod cum suis  
 „ non consentirent. Nunc quæcunque a Scholæ placitis  
 „ dissident, Theologo scholastico sunt hæretica:  
 „ quod crimen ita vulgatum est, ut rebus quoque levissimis  
 „ impingatur, quum sit ipsum per se atrocissimum.  
 „ Idem inter se facerent Thomæ addictus de Scótico,  
 „ hic vicissim de illo, nisi quod Scholæ affuefactio,  
 „ in qua personant varix Scholasticorum Sententiæ,  
 „ audienti sensum mitigasse, ac emollivisse  
 „ au-

„ animum videtur. Nam qui sua non sunt Coenobia  
„ egressi, plane isti, quidquid non est ex præceptis  
„ sectæ refugiunt tanquam venena, & illico errorem  
„ clamant; & tam pertinaciter principes opinionum  
„ quamlibet obstinati, pro suis inventis non depugnaf-  
„ sent, quam isti pro placito alieno. Sed forte in qui-  
„ busdam foret tolerabile, si non in progressu forent  
„ corruptiora, quam in prima origine - - - Ah!  
„ quanto se fructu disciplinarum fraudant, quod sem-  
„ per aliis credunt, nunquam ad se ipsi revertuntur. -  
„ - - - Alii novitatem aspernati ita veteribus adhæ-  
„ rent, uti si Neotericum attingant, metus sit, ne con-  
„ taminentur. Verum permultum refert, quos vete-  
„ res, quos novos esse arbitres. Si illi, qui artes, &  
„ Disciplinas & invenerunt, & auxerunt, sunt antiqui:  
„ novi vero, qui vel corruperunt artes, vel corrup-  
„ tentibus suas manus adcommodarunt, plane vel  
„ umbilicos illorum antiquorum malim, quam verbo-  
„ sissima recentiorum monimenta.

*Alio loco in hunc modum pergit:*

„ Ergo diffisi nobis, & clausis oculis nos alicui commisimus,  
„ quem belle, atque acute cernere crederemus, non  
„ optimo Duci, quem eligimus, sed primo, ad quem  
„ nos adplicavit fors. Id cupiunt Ductores pravi glo-  
„ riæ suæ magis avidi, quam veritatis, ut res in stu-  
„ dia & sectas scindantur, ut, quod impetrare non  
„ possunt bonis artibus, extorqueant diffensione, ac  
„ velut civili bello. Nullum est tam incorruptum di-  
„ „ scipli-

*De Lapsu Academicarum*

„ disciplinæ genus, in quo non sint partes, ac factio-  
 „ nes, etiam in ipsa Theologia, ubi id minime con-  
 „ gruebat: In disciplinis omnibus passim scribunt, &  
 „ docent imperiti, periti, boni, mali, unusquisque  
 „ constantissime defendit sua, nec est ulla adeo abfur-  
 „ da, atque infelix secta, quæ non suos invenerit ad-  
 „ juratos. Deducitur ad Scholam filius ab indocto  
 „ patre: quantæ felicitatis est, non incidere in malum,  
 „ nec imperitum Doctorem, quum ejusmodi plena  
 „ sint omnia! quid aliud est tunc patri faciendum,  
 „ quam suscipere vota pro instructione sui filii? Venit  
 „ eo adolescens novus, rudis omnium, imbuitur sta-  
 „ tim sectæ placitis, recepit, assentitur, afficitur,  
 „ priusquam possit judicare: audit omnia dici constan-  
 „ tissime a Præceptore ingenti asseveratione vultus,  
 „ supercilii, sententiæ, videt recipi omnia magno con-  
 „ sensu, atque admiratione a Condiscipulis, credit esse  
 „ mera oracula, illa haurit tanquam certissima, & in-  
 „ dubitata velut illa, quæ prima principia nominan-  
 „ tur. - - - Nonsolum ita se his addicit, ac mancipat, ut  
 „ ea censeat esse verissima, sed alia cujuscunque modi  
 „ habeat suspecta: adeo judicio se spoliatur præcipuo non  
 „ solum in tractandis artibus bono, sed in tota vita  
 „ facultate inquirendæ veritatis aptissima. Multi eo-  
 „ rum ne possunt quidem a receptis semel discedere,  
 „ cum alia penitus nec legerint, nec audierint, igna-  
 „ ri, sint ne aliqua suis vel meliora, vel pejora, ut,  
 „ qui non credunt, aliam esse Dialecticam, aliam  
 „ Theologiam, quam sui ipsi sunt dediti: quod mihi  
 „ Lu-

„ Lutetiæ, & aliis plerisque meis Condiscipulis con-  
 „ tigisse memini. Qui vero legunt, quæ aliena sunt a  
 „ suis, alii decursa jam ætate nequeunt discere, &  
 „ pudet, quæ *Juvenes didicere, Senes perdenda fateri.*  
 „ Alii cum sint penitus in Jure, ac mancipio contra-  
 „ riæ opinionis, tanquam vana, absõna, stulta, re-  
 „ spuunt, atque spernuntur. Sin vero Scriptoris no-  
 „ men authoritatem tuetur, omnia ad sua dogmata  
 „ detorquent, ut sua videtur dicere, etiam cum alie-  
 „ nissima loquitur. - - - Multi quando nihil in Scho-  
 „ lis egerunt aliud, quam macerando se expectare fi-  
 „ nem stati temporis, ut honoribus donarentur, adepti  
 „ quod concupierunt, omni renunciant labori, & si eru-  
 „ ditione non queant, certo nomine se authoritatem  
 „ tuituros confidunt: quum vero ex Schola abeunt in-  
 „ signes nomine, magnæ ad populum authoritatis, ac  
 „ venerationis, quid aliud possunt docere, quam quæ  
 „ negligenter, & imperite didicerunt? ab his ignoran-  
 „ tia omnis per Europam velut seminatur, ac propa-  
 „ gatur.

§. XIII.

Posteaquam cura, & Liberalitate summorum Princi-  
 pum fama Academiarum restituta, alterum jam superest, ut  
 eadem sollicitudine in animis Subditorum Studiorum amor  
 accendatur. Est turpissima quædam opinio, qua adolescen-  
 tum quam plurimi persuasi in gradu Scientiarum inferiore  
 subsi-

subsistunt, ac turpissima quadam inertia viribus suis diffisi in Studiorum curriculo eo non progrediuntur, quo tamen progredi licuisset, nisi commodi magis domestici, quam officiorum naturalium rationem habere maluissent. Cum nulla re magis studia, ac artes jaceant, & languescant, prudentiæ legislatoriæ erit, turpissimam hanc vecordiam ex animis Juvenum proscribere: cujus mali aptius remedium non video, quam si nulla amicorum, opum, Mæcenatum, ac parentum ratione habita illis solum officia publica conferantur, qui justum virium suarum in addiscendis disciplinis periculum fecere, posthabitis illis, qui se *ad consumendas fruges natos* credidere. Sin minus magno patriæ detrimento cognoscimus a Juventute vel nullam omnino, vel superficiariam in Litteris collocari operam: præter Theologiam, Jurisprudentiam, ac Scientiam medicam nullam aliam coli, propterea, quod illæ solæ ad pecuniam, & pingues redditus viam faciant, ac ventris desiderium expleant. Atque si illæ solum cum debita cura, & fervore colerentur, res adhuc bene comparatæ esse potuerunt. Cum vero necessaria harum subsidia, ac fontes negligi, nulla philosophica, aut historica cognitione præparata ingenia optima ad Scientias sublimiores accedere videamus, nescio, an sim malus Aruspex, si de nomine magis, quam re studiorum, causam agi existimem. Periculum est, ne isti, qui Scientias male adeo amplectantur, generent sui similes, atque disciplinarum contemptus futuris temporibus in vitium evadat, non individuis, sed integræ quoque nationi commune. Accedit, quod in aliis legitime solertibus animus cadat, cum videant cum omni sua industria vel omnem ipsis ad officia publica aditum præcludi, vel paucioribus meritis fieri potuisse, quod ipsi non nisi summa cum solertia fuerunt consecuti. Unde prodigium est, si quem

quem talem ultra mediocritatem progredi videas, nisi quibus conscientiae suae non minor, quam felicitatis externae cura est, quibus mens certa est, se Lege naturali obligari ad arripendum quoddam vitae genus ad exercitium & usum virium suarum, quam fieri potest, perfectissimum, quibus tamen non minus certum est, se contra eandem legem peccasse, si quod vitae genus arripuerint, viribus suis omnino superius: non enim opes, non amicorum potentia sola ad officia publica provocant, sed merita, & meritorum cum certae vitae genere correspondens paritas: hanc si laedi contigerit, merito super patriae ruina animum macerabit, intus tamen rectitudinis suae sibi conscius, meritorum suorum praemium ab eo expectabit, cujus summa justitia merita nulla sine praemio, neque vitia sine poena relinquet.

§. XIV.

Quod si Princeps Litteratus ipse sit, aut aequus Litteratorum aestimator, redibunt aurea illa OCTAVIANI Secula: videas fervide rem agi. Omnem populum in eo esse, ut Principis desiderium expleat, justum Scientiis honorem, salutarem ignorantiae contemptum haberi, teporem illum in optimis ingeniis subito in flammam abire, atque omnem concurrere Rempublicam, ut tota sit Litterata. Videbimus verum, quod antiquitus dictum est:

*Sint Maecenates, non deerunt flacce Marones.*

Vidimus ab omni retro antiquitate, & nostris quoque temporibus Scientiarum culturam, atque Litteratorum proventum quasi a nutu Principis dependere, ac cum fervore,

\* D

ac

ac amore, qui in ejus animo est, studium omnium accendi, & effervesce. Quodsi Gallia in MAGNI sui LUDOVICI tempora, ac laudes effunditur, non minori ratione ad id te-  
nebuntur quasi omnes Germaniæ Provinciæ, & hæc nostra maxime Bavaria, quæ in D. MAXIMILIANO SUO III. Principem sibi gratulatur, quem Litterati velint esse Prin-  
cipem, & *sero in cælum redire.*

### §. XV.

Ex his igitur, quæ paulo ante dicta sunt, fatis credo manifestum est, quantum totali illa, ac ut ita dicam, inertia provinciali Universitates damni capiant. Subditi, aut omnino non, aut tempore, quam fieri potest, brevissimo ad Academias patrias accedent. Jacebunt artes, ac Scientiæ omnes, nisi quas virtus, & spes officiorum, & redditus pingues inde resuktantes faciunt necessarias: necessarias quidem, sed depravatas tamen, cum omnes Scientiarum fontes, ac subsidia despicient tanquam inutilia, ac homine libero indigna. In hac provincialium ignavia facile erit Magistrum agere: ac quantum ignarus ipse sis, non deerunt tamen, qui te audiant, te admirentur, te optimo cuique præferrent. Ita sensus illorum hominum e neglectu Litterarum depravatus est, ut ne urbem patriam egrediantur, & sinum matris relinquunt, malent ex fonte non limpido haurire. Nescio, quos ego hic parentes videam (a) qui talibus magistris filios suos instruendos tradunt.

(a) Ap-

- (a) Apposite in hanc rem Plutarchus in celebri opusculo περί παιδων Αγωγῆς. Qui instructorem Juvenum talem esse vult οἷόσπερ ἦν ὁ φοινῆξ, ὁ τῷ Ἀχιλλέως παιδαγωγός. *Qualis erat Phœnix Achilles Pædagogus.*

Ζεῦ καὶ θεοὶ πάντες, πατὴρ τις καλῆμενος, πλείω λόγον τῆς τῶν δεομένων ποιεῖται χάριτος, ἢ τῆς τῶν τέκνων παιδείσεως; Ἔϊτ ἐκ εἰκότα πολλάκις ὁ Κράτης ἐκείνος ὁ παλαιὸς ἔλεγεν, ὅτι, εἴπερ ἄρα δυνατόν ἦν, ἀναβάντα ἐπὶ τὸ μετεωρότατον τῆς πόλεως ἀνακραγεῖν μένος. Ὡ ἄνθρωποι, ποῖ φέρεσθε; οἵτινες χρημάτων μὲν κτήσεως περὶ πᾶσαν ποικίθε στεδῆν, τῶν δ' ὕμων, οἷς ταῦτα καταλείψετε, μικρὰ φρονίζετε; τέτοις δ' ἂν ἐγωγε προαδείην, ὅτι οἱ τοιοῦτοι πατέρες παραπλήσιον παιᾶσιν, οἷον ἔτις τῷ μὲν ὑποδήματος φροντίζει, τῷ δὲ ποδὸς ὀλιγῶρος ἔχει. Πολλοὶ δὲ εἰς τοσαῦτον τῶν πατέρων προβαίνουσι φιλαργυρίας ἅμα καὶ μισοτεκνίας, ὥσθ' ἵνα μὴ πλείονα μισθὸν τελέσειαν, ἀνδρώπικας τὰς μηδενὸς τιμὰς αἰετῶνται τοῖς τέκνοις παιδεύτας, ἔυωνοι ἀμαθίαν διακόντες. Ἡὶ καὶ Δρείσιππος ἐκ ἀπομψως, ἀλλὰ καὶ πάνυ ἀσείως ἐπέσκωψε τῷ λόγῳ πατέρα νῆ καὶ φρενῶν κείον. Ἐρωτήσαντες γὰρ τινος αὐτόν, πόσον αἰτιοῖ μισθὸν ὑπὲρ τῆς τῷ τέκνῳ παιδείσεως; χιλίας, ἔφη, δραχμίας. τῷ δὲ, Ἡράκλεις, εἰπόντος, ὡς ὑπὲρ πολὺ τῷ αἰτήματι. δύναμαι γὰρ ἀνδράποδον χιλίων πρίασθαι. Τοιγαρῶν, εἶπε, δύο ἕξεις ἀνδράποδα, καὶ τὸν υἱόν, καὶ ἐν αὐτῷ πρῆν.



O Jupiter, & Dii omnes! pater aliquis vocatur, & majorem  
 „ rationem petentium habet gratiæ, quam Liberorum  
 „ institutionis? nonne igitur consentanea sæpe Crates  
 „ ille antiquus dixit? se si fieri posset, ascendentem in  
 „ altissimum urbis locum, exclamaturum: o homines!  
 „ quo ruitis, qui in opibus quidem acquirendis omne  
 „ ponitis studium, filios vero, quibus has relinquetis,  
 „ parum curatis? His autem ego adjecerim, tales pa-  
 „ tres similiter facere, ut si quis calceum quidem curet,  
 „ pedem vero parvi faciat. Multi etiam patrum us-  
 „ que eo progrediuntur avaritiæ simul, & odii Libe-  
 „ rorum, ut, ne majorem mercedem pendant, homi-  
 „ nes nihil æstimandos eligant Liberis magistros, vi-  
 „ lem incitiam sectantes. Quare et Aristippus non  
 „ ineleganter, sed potius omnino urbane pupugit ser-  
 „ mone patrem mente, & prudentia vacuum. Quod-  
 „ nam enim ipsum interrogante, quantam postularet  
 „ mercedem pro filii institutione? mille, inquit, dra-  
 „ chmas. Illo autem, Hercules, dicente, quam ni-  
 „ mium postulatum (hoc est) possum enim manci-  
 „ pium mille (drachmis) emere. Proinde dixit (Ari-  
 „ stippus) duo habebis mancipia, filium tuum, & (id)  
 „ quod emeris.

### §. XVI.

Sub quibus circumstantiis ignoro sane, ultra res majus  
 detrimentum ex institutione Juvenum domestica (a) capiat,  
 Academicæne, an ipsa adeo Republica. Præterea enim,  
 quod

quod numerus discipulorum in Academiis nostris copia civium, & Extraneorum decrefcit, præftantiffima ingenia iis committantur ducibus, qui raro in Scientiis acute cernunt, quos alia officia impediunt, eam curam institutioni Juvenum impendere, quam & rei gravitas, & officii dignitas, & Sere- niffimi voluntas a nobis exigit, dum foli Scientiarum propa- gationi nos intentos, tota vita quoque a reliquis negotiis immunes effe voluit.

- a) Neque nova hæc quæftio eft, fed florentiffimis etiam Rom. Reip. temporibus a clariffimo Rhetore QUINTILIANO agitata, *utiliusne fit domi, atque intra privatos parietes studentem continere, an frequentia Scholarum, & velut publicis præceptoribus committere?* Non abs re me facturum exiftimo, fi ipfa QUINTILLIANI verba ex *Inftit. Orat. L. I. Cap. II.* mea faciam. Video momenta in utramque partem afferi, & quod ille de oratore fuo fieri vult, eadem ratione de Jure Confultis verum effe. „ Qui ab hoc prope publico more, pri- „ vata quadam perfuafione difsentiant, hi duas præci- „ pue rationes fequi videntur. Unam, quod moribus „ magis confulant, fugiendo turbam hominum ejus æta- „ tis, quæ fit ad vitia maxime prona: alterum, quod „ quisquis futurus eft ille præceptor, Liberalius tempo- „ ra fuâ impenfurus uni videtur, quam fi eadem in plu- „ res partiatur. Prior caufa prorfus gravis: nam fi stu- „ diis quidem Scholas prodeffe, moribus autem nocere „ conftaret, potior mihi ratio vivendi honefte, quam vo- „ luptuofe difcendi videretur. De hac igitur prius.

*De Lapsu Academicarum*

„ Corrupti mores in Scholis putant, nam & corrup-  
 „ puntur interim, sed domi quoque & sunt multa ejus  
 „ rei exempla. - - - Da mentem ad pejora facilem,  
 „ da negligentiam formandi, custodiendique in prima  
 „ ætate pudoris, non minorem flagitiis occasionem secre-  
 „ ta præbuerint. Nam esse & potest turpis domesticus  
 „ ille præceptor, nec tutior inter servos malos, quam  
 „ ingenuos parum modestos conservatio est. At si bona  
 „ ipsius indoles, si non cœca, ac sopita parentum focor-  
 „ dia est, & præceptorem eligere sanctissimum quemque,  
 „ cujus rei præcipua prudentibus cura est, & discipli-  
 „ nam, quæ maxime severa fuerit, licet & nihilominus  
 „ amicam gravem virum lateri filii sui adjungere, cujus  
 „ assiduus comitatus etiam illos meliores faciet, qui ti-  
 „ mebunt. Facile erat hujus metus remedium. Uti-  
 „ nam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus.  
 „ Infantiam statim deliciis solvimus.

„ Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos  
 „ omnes & mentis, & corporis frangit. Quid non  
 „ adultus concupiscet, qui in purpuris repit? - - Fit  
 „ ex his consuetudo, deinde natura: discunt hæc mi-  
 „ seri, antequam sciant vitia esse. Inde soluti, ac  
 „ fluentes *non accipiunt e Scholis mala ista, sed in Scho-*  
 „ *lis adferunt.* Verum in studiis magis vacabit unus  
 „ uni? Ante omnia nihil prohibet esse istum, nescio  
 „ quem, unum etiam cum quo vis, qui in Scholis  
 „ eruditur. Sed etiamsi jungi utrumque non possit,  
 „ lumen tamen illud conventus honestissimi tenebris,

„ ac

„ ac solitudini prætuliffem: nam optimus quisque  
„ præceptor frequentia gaudet, ac majore se Theatro  
„ dignum putat: at vero minores ex conscientia fuæ  
„ infirmitatis hæere fingulis, & Officio fungi quodam-  
„ modo pædagogorum non indignantur. Sed præftet  
„ aliquis vel gratia, vel amicitia, vel pecunia, ut do-  
„ ctiffimum, atque incomparabilem magiftrum domi  
„ habeat, non tamen ille totum in uno diem consum-  
„ turus eft? Aut potest effe ulla tam perpetua difcen-  
„ tis intentio, quæ non ut vifus oculorum obtutu  
„ continuo fatigetur? quum præfertim multo plus fe-  
„ creti temporis ftudia defiderent. Neque enim edi-  
„ fcanti, fcribenti, & cogitanti præceptor adfifit, quo-  
„ rum aliquid agentibus cujuscunq; interventus im-  
„ pedimento eft. Lectio quoque non omnis nec fem-  
„ per præunte, vel interpretante eget: ergo modicum  
„ tempus eft, quo in totum diem velut opus ordi-  
„ tur. Ideoque per plures ire poffunt, etiam quæ fin-  
„ gulis tradenda funt. Pleraque vero hanc conditio-  
„ nem habent, ut eadem voce omnes fimul perferan-  
„ tur. - - - Sed neque præceptor bonus majore fe  
„ turba, quam ut fufcinere eam poffit, oneraverit. Et  
„ inprimis ea habenda cura eft, ut is omnimodo fiat  
„ familiariter amicus, nec officium in docendo fpectet,  
„ fed affectum, ita nunquam erimus in turba. Nec  
„ fane quisquam Litteris faltem leviter imbutus eum,  
„ in quo ftudium, ingeniumque perfpexerit, non in  
„ fuam quoque gloriam peculiariter fovebit. - - - An-  
te

„ te omnia ille, cui in maxima celebritate, & in me-  
 „ dia Republica vivendum est, adfuescat jam a tenero  
 „ non reformidare homines, neque solitaria, & um-  
 „ bratili vita palefcere. Excitanda mens, & Attol-  
 „ lenda femper est, quæ in hujusmodi secretis aut lan-  
 „ quefcit, & quemdam velut in opaco fitum ducit,  
 „ aut contra tumescit inani persuasione. Necessè est  
 „ enim, nimium tribuat sibi, qui se nemini comparet.  
 „ Deinde cum proferenda sunt studia, caligant in sole,  
 „ & omnia nova offendunt, ut, qui foli didicerint,  
 „ quod inter multos faciendum est. Mitto amicitias,  
 „ quæ ad senectutem firmissime durant, religiosa qua-  
 „ dam necessitudine imbutæ: neque enim est sanctius  
 „ sacris iisdem, quam studiis imitari. Sensum ipsum,  
 „ qui communis dicitur, ubi discet, quum se a con-  
 „ gressu, qui non hominibus solum, sed mutis quoque  
 „ animantibus naturalis est, segregarit? Domi ea sola  
 „ discere potest, quæ ipsi præcipientur, in Schola  
 „ etiam, quæ aliis. Audiet multa probari, multa cor-  
 „ rigi, proderit alicujus obiurgata desidia, proderit  
 „ laudata industria, excitabitur laude æmulatio, turpe  
 „ ducet cedere pari, pulcrum superasse majores: ac-  
 „ cendunt omnia hæc animos, & licet ipsa vitium sit  
 „ ambitio, frequenter tamen causa virtutum est. - - -  
 „ Sed sicut firmiores in Litteris profectus alit æmu-  
 „ latio, ita incipientibus, atque adhuc tenenis condi-  
 „ scipulorum, quam præceptorum jucundior hoc ipso,  
 „ quod facilius, imitatio est. - - - Utile igitur est  
 „ habere

„ habere, quos imitari primum, mox vincere velis.  
„ His adjicio præceptores ipsos non idem mentis, ac  
„ spiritus in dicendo posse concipere, singulis tantum  
„ præsentibus, quantum illa celebritate audientium  
„ instinctos. Maxima enim pars eloquentiæ constat  
„ animo hunc adfici, hunc concipere imagines rerum,  
„ & transformari quodammodo ad naturam eorum, de  
„ quibus loquimur, necesse est. Is porro, quo genero-  
„ sior porro, celsiorque æst, hoc majoribus velut or-  
„ ganis commovetur, ideoque, & laude crescit, &  
„ impetu augetur, & aliquid magnum agere gaudet.  
„ Est quadam tacita dedignatio vim dicendi tantis  
„ comperatam laboribus ad unum auditorem dimittere:  
„ pudet supra modum sermones attollere. Et sane  
„ concipiat quis mente vel declamantis habitum, vel  
„ orantis vocem, incessum, pronunciationem, illum  
„ denique animi, & corporis motum sudorem, ut alia  
„ præteream, & fatigationem adiente uno. Nonne  
„ aliquid pati furori simile videatur? non esset in rebus  
„ humanis eloquentia, si tantum cum singulis loque-  
„ remur.

### §. XVII.

Unde si semel inertia Juvenum mentem occupaverit, si cum averfatione Academias ingrediuntur, mirum non est, si anhelent abitum, ac discessum. Felicissima sane vivimus tempora! cum in Academiis duæ solum Jurisprudentiæ partes tractarentur, Canonica, & Civilis. Proavi nostri ad eas addiscendas quinque solidos annos, immo plures adhuc impendere:

\* E

dere: nunc cum rerum in Jurisprudencia addiscendarum vastitas ita aucta est, ut Juris nomine plusquam quatuordecim Scientiæ particulares veniant, nostri facilitatem nacti sunt, eas omnes duobus annis; immo uno, aut etiam aliquibus mensibus penetrandi, malletm dicere, ignorandi. Id, quod Studentium numerum, & Academicarum famam mirifice imminuit.

### §. XVIII.

Consideravimus hactenus causas, quæ veniunt vel ex vitiis docentium, vel discientium: supersunt adhuc alia, quæ non minus nocent, atque eo non immerito referas, si in Universitatibus existant, magna Militum præsidia, majorque eorundem Licentia. Dux res, Militia, & Studia raro inter se conspirant amice, licet Palladem sagatam æque, ac togatam dicant. Quod si Milites Litterati ipsi sint, quales fuisse (a) nostro etiam ævo legimus, paulo minus ab iis Scholaribus periculum foret. Ast, si cujusvis gregarii militis violentiæ, aut licentiæ Studia relinquuntur, si, quod belli tempore & gentium jure in Academiis non licet, in media pace fiat impune: mendax non sim, si interitum Academicarum divinarem, quarum immunitates in dies imminutæ non restituentur. Sunt enim omnes, qui ad Academiis se conferunt, subditi voluntarii, & temporanei, qui suis sumtibus aliena in Provincia studiorum causa existunt, qui præterea, quod pecunias suas sponte inferant, nullo modo injuriam fieri sibi patientur. Unde vidimus sæpenumero, ab eo tempore, quo Turbæ inter Milites, & Scholares in certis Academicis intercessere, ita, ut militaris

ris licentia non fuerit imminuta, eas quovis anno decrevisse.

- a) Sic me legisse memini in bello Borussico in exercitu Hannoverano militem gregarium in tentorio fuisse inventum, qui THUCIDIDIS actu belli Peloponesiaci græco sermone legisset. Ab hoc certe, & sui similibus nihil est, quid Litterati sibi metuant. Est aliud exemplum, quod nupere ad modum Novellæ in Q. ICILIO exhibuere, quod cum rarissimum militaris Scientiæ exemplum sit, non abs re fuerit, ipsa Novellarum verba huc adponere.

„ Von unserm verstorbenen Obristen Karl  
 „ Guischar, genant Quintus Icilius, hat  
 „ man folgende Umstände: Er war 1724. zu  
 „ Magdeburg geboren, und bekam den Tauf-  
 „ namen Charles Theophile, ließ aber den zwey-  
 „ ten weg, als er Officier wurde. Sein Va-  
 „ ter war Königlich Hofrath, und Syndi-  
 „ cus der Pfälzer Colonie. Er studirte zu  
 „ Halle, Marburg, Herborn, und Leiden Theo-  
 „ logie, griechische und lateinische Litteratur,  
 „ und die morgenländischen Sprachen. In den  
 „ letztern ließ er sich zu Herborn und Leiden  
 „ von dem Professor Rau und Schultens un-  
 „ terrichten, hielt auch eine Dissertation de fama



situs, inter plures alias novæ erunt causæ, quæ numerum Scholarium, & famam illius apud Exteros impediunt.

Id manifesto Exemplo docet Academia Ingolstadiensis, quæ, cum plures passa sit obsidiones, & morbo pestifero in ipsis adeo Natalibus, & postea adhuc fuit infestata, ab eo tempore semper decrevit, & nonnisi plurium annorum decursu ad primam suam dignitatem evecta est.

### §. XX.

Atque hæc sunt, quæ de Lapsu Academiæ cura superficialia (majorem enim nec temporis brevitatem, nec rerum agendarum copiam permisit) interea indicare placuit. Alieno ore plerumque locutus sum, propterea, quod in rebus adeo invidiosis periculum fuerat, novam invidiam mihi contrahere, si meo ore loqui voluissem. Nos, dum ea, quæ nostri officii fuere, præstitimus, ac morbos Academiæ, quos palam facere licuit, indicavimus; pro eorum morbis remedia ab altiori Numine expectamus.

*F I N I S.*

**NOMEN**



## NOMEN GENTIS.

<i>Annus</i>		<i>Numer.</i>
1589.	Serenis. Archidux Austræ <i>Ferdinandus II.</i> postea Rom. Imp. gloriosiss. & invictiss.	
1537.	Serenis. Dux Bav. <i>Albertus V.</i>	
1563.	Serenis. Dux Bav. <i>Wilhelmus V.</i>	
—	Serenis. Dux Bav. <i>Ferdinandus.</i>	
1585.	Serenis. Elect. Bav. <i>Maximilianus I.</i>	
1586.	Serenis. Dux Bav. <i>Carolus.</i>	
1514.	Serenis. Princeps <i>Fridericus</i> , Marchio Brandenbur- genfis, & Præpositus Herbipolenfis..	
—	<i>Wilhelmus</i> , Marchio Brandenburgensfis.	
1539.	Serenis. Dux <i>Udaticus</i> , Dux Megalopolitanus, Prin- ceps Wendorum, Comes in Schwerin, Rostock, & Stargard.	
1571.	Serenis. Princeps <i>Philippus</i> , Marchio Badensfis.	
	A	<i>Alexan-</i>

<i>Annus</i>		<i>Numer.</i>
1580.	<i>Alexander</i> , Dux Sliuensis, & Poppeliensis, cum Aulicis Polonis.	15.
1581.	<i>Stanislaus</i> ex Illustri Familia Principum a Lasco.	
1585.	{ <i>Christophorus Gustavus</i> , <i>Carolus</i> ,	
1525.	{ <i>Joannes Carolus</i> , Marchiones Badenses.	
&	{ <i>Christophorus</i> ,	
1556.	{ <i>Wilhelmus</i> , <i>Warmundus</i> , ex gente Scaligera, Duces Veronæ, & Vincentiæ.	
1598.	{ <i>Alexander</i> , ac <i>Constantinus</i> , Duces Feslaviæ &c. &c.	

## *ELECTORES, & ARCHIEPISCOPI ac CARDINALES.*

1485. *Matthæus Lang de Wellenburg*, S. R. E. Cardinalis  
tit. S. Angel. Episc. Gurcensis, postea Archiepisc.  
Salisburgensis.
1515. *Ernestus*, Dux Bav. Archiepisc. Salisburgensis, Episc.  
Bataviensis.
1531. *Michael a Khuenburg*, Archiepisc. Salzburg.
1563. *Ernestus*, Dux Bav. Elect. & Archiepisc. Colon. Episc.  
Frising. Hildesf. & Leodiensis.
1577. *Laurentius Gembitus*, Archiepisc. Gnesensis, Legatus  
natus, & regni Poloniæ Primas.
1585. *Philippus*, Dux Bav. S. R. E. Cardinalis, Episc. Ratis-  
bonensis.
- *Ferdinandus*, Dux Bav. Archiepisc. Colon. Episc. Hil-  
desf. Baderborn. Monast. & Leodiensf.
1557. *Gebhardus Truchseß a Waldpurg*, Elector, & Archi-  
episc. Colon. postea exauctoratus.
1608. *Franciscus Wilhelmus Comes a Wartenberg*, S. R. E.  
Cardin. & Episc. Frising. & Leodiensf.

*Theodo-*

*Nomen Gentis.*

3.

<i>Annus</i>		<i>Numer.</i>
1719.	<i>Theodorus</i> , Dux Bav. S. R. E. Cardinal. Episc. Frising. & Leodiensis.	
1588.	<i>Marcus Comes ab Hohenembs</i> , Archiepiscop. Salisburg. S. R. E. Cardin. & Episc. Constant.	

**EPISCOPI.**

1475.	<i>Gabriel ab Eyb</i> , Episc. Eystad.
1478.	<i>Joannes Cammerer de Dalberg</i> , Episc. WORMAT. Can. Trevir. & Spirenf.
1481.	<i>Philippus de Rosenberg</i> , Episc. Spirenf.
1486.	<i>Georgius Baro a Limpurg</i> , Episc. Babenbergensis.
1507.	<i>Philippus a Gundelzheim</i> , Episc. Basileensis.
1496.	<i>Wigundus a Redwiz</i> , Episc. Babenbergensis.
1533.	<i>Martinus a Schaumberg</i> , Episc. Eystad.
1537.	<i>Martinus Hercules Roetingrr</i> , Episc. Lavantinus.
1541.	<i>Marquard a Berg</i> , Episc. August.
1542.	<i>Urbanus a Trennbach</i> , Episc. Bataviensf.
1484.	<i>Joannes a Schleinitz</i> , Episc. Milniensf.
1584.	<i>Andreas Baro a Roszcielec</i> , Coadjutor Bosnaniensf.
1553.	<i>Martinus ab Eyb</i> , Episcopus Bambergensis.
1529.	<i>Mauritius de Sandizell</i> , Episc. Frising.
1521.	<i>Mauritius ab Hutten</i> , Episc. Eystad
1550.	<i>Egolphus a Knöringen</i> , Episc. Augustanus.
1510.	<i>Christophorus Marschall a Pappenheim</i> , Episc. Eystad.
1556.	<i>Georg. Zobel v. Gibelstatt</i> ; Episc. Bambergensis.
1536.	<i>Vitus de Fraunberg</i> , Episc. Ratisbonensf.
1492.	<i>Sebastianus Spreng</i> , Episcopus Brixinensf.
1565.	<i>Otto a Gemmingen</i> , Episc. Augustan.
1569.	<i>Wolfgangus ab Hausen</i> , Episc. Ratisbon.
1571.	<i>Martinus Brenner</i> , Episc. Seccoviensf.
1572.	<i>Ernestus a Mengerstorff</i> , Episc. Bambergensf.
—	<i>Jacobus a Lamberg</i> , Episc. Labacensf.
1581.	<i>Christophorus a Westerstetten</i> , Episc. Eystadianus.

A 2

Henri-

<i>Annus</i>		<i>Numer.</i>
1589.	<i>Henricus a Knöringen</i> , Episc. Augustanus.	
—	<i>Joannes Boghenrinus</i> , Episc. Tergestinus, in Comitatu Ferdinandi II. consecratus Ingolstadii.	
1590.	<i>Stephanus a Seibolstorff</i> , Episc. Frising.	
1624.	<i>Marquard Schenck v. Castell</i> , Episc. Eystad.	
1635.	<i>Christoph v. Freyberg</i> , Episc. Augustanus.	

## PRINCIPES, & COMITES.

1562.	<i>Carolus Comes ab Arburg</i> , Baro in Sevenberg.	
1604.	<i>Philippus Princeps ab Aremberg</i> .	
1608.	<i>Mathias ab Austria</i> , Rudolphi II. Rom. Imp. fil. nat. S. R. I. Marchio.	
1673.	<i>Principes &amp; Comites ab Auersperg</i> .	5.
1581.	<i>Comites a Bentheim</i> .	4.
1591.	<i>Burggravii a Dohna</i> .	3.
1605.	<i>Princeps Corfini</i> .	1.
1693.	<i>Principes a Colloredo</i> .	2.
1637.	<i>Comites a Dönnhoff</i> .	4.
1533.	<i>Comites a Castell</i> .	5.
1586.	<i>Comites de Cobenzl</i> .	2.
1540.	<i>Comites de Fugger in Kirchberg</i> .	62.
1671.	<i>Comites de Fugger in Bobenhausen</i> .	2.
1728.	<i>Comites de Fugger in Götterstorff</i> .	3.
1619.	<i>Comites de Fugger in Zinnenberg</i> .	3.
1587.	<i>Comites de Firmian</i> .	2.
1601.	<i>Principes de Gonzaga</i> .	5.
1640.	<i>Comites a Götz</i> .	2.
1534.	<i>Comites a Gravenegg</i> .	7.
1480.	<i>Comites a Helffenstein</i> .	9.
1518.	<i>Principes ab Hohenlohe</i> .	3.
1522.	<i>Comites ab Haag</i> .	2.
1560.	<i>Hermannus Comes in Hollnstein, Schauenburg, &amp; Sternenburg</i> .	

Comes

*Nomen Gentis.*

<i>Annus.</i>		<i>Numer.</i>
1576.	Comes in Hals.	1.
1588.	Comes ab HohenEmbs.	1.
1684.	Comes ab Herberstein.	1.
1592.	Comites a Königseck.	11.
1611.	Comes a Coteck.	1.
1481.	Principes a Liechtenstein.	17.
1518.	Landgravii a Leuchtenberg.	4.
1561.	Principes a Lobkowiz.	7.
1513.	Comites a Leiningen.	6.
1609.	Princeps a Lubomirski.	1.
1541.	Princeps a Lœwenstein.	1.
1479.	Comites a Pappenheim.	21.
1567.	Comites a Montfort.	7.
1533.	Comites a Maxlrain.	13.
1558.	Comes a Manderscheid.	1.
1580.	Comes a Mansfeld.	1.
1604.	Ex gente Medicæorum Ducum Hetruriæ.	2.
1623.	Marchiones de Marini di Castell nuovo.	2.
1646.	Comites de Mercy.	4.
1650.	Comes de Metternich.	1.
1719.	Princeps de Montecucoli.	1.
1660.	Comes a Nostiz.	1.
1486.	Principes & Comites ab Oettingen.	18.
1491.	Comites ab Ortenburg.	8.
1566.	Principes Oginsky.	2.
1628.	Principes Frisiæ Orientalis.	2.
1484.	Comites a Bunaw.	3.
1586.	Comites a Portia.	7.
1606.	Principes a Palfly Hungari.	3.
1626.	Marchiones de Pallavicini Genuenses.	4.
1631.	Princeps de Picollomini.	1.
1749.	Comes a Plettenberg.	1.
1505.	Comites de Schauenburg Lippe.	5.
1507.	Comites de Sinzendorff.	7.
1522.	Comites de Stadion.	12.

A 3

Princi-

## Nomen Gentis.

<i>Annus</i>		<i>Numer.</i>
1526.	Principes de Schwarzenberg.	7.
1530.	Comites a Solms.	4.
1555.	Comites a Schonburg.	5.
	Comes a Schwerin.	1.
1586.	Comites a Sulz.	6.
1571.	Principes a Schwarzenburg.	2.
1588.	Comites a Sprinzenstein.	9.
1610.	Georgius ab Ostrog, Dux Zaslaviensis.	.
1589.	Comites a Schrottenbach.	6.
1594.	Comes a Schlick Passaun &c.	1.
1595.	Principes a Sapiha.	7.
1598.	Comes de Salazar.	1.
1608.	Marchio de Sfondrati.	1.
1612.	Comites a Kostka Poloni.	2.
1622.	Comites a Salm.	2.
1640.	Comites a Stharenberg.	3.
1609.	Marchiones a Spinola <i>Genuenses</i> .	5.
1641.	Principes a Schaffgotfch.	2.
1729.	Comites a Schauenburg.	2.
1755.	Principes a Styrum Limpurg.	2.
1494.	Comites Truchsessii a Waldpurg.	14.
1541.	Comes ab Hannau.	1.
1542.	Comites ab Haugewitz.	3.
1528.	Comites a Trautmanstorff.	3.
1542.	Comites a Thunn.	2.
1570.	Comites a Thurn & Taxis.	6.
1630.	Comes a Tornaw.	1.
1642.	Truchsess Comites in Juchberg, & Trauchburg.	2.
1651.	Comites a Tilly.	7.
1598.	Marchiones de Visconti.	2.
1492.	Comites a Wildenstein.	7.
1499.	Comites a Wolfstein.	9.
1591.	Comes a Waldstein.	1.
1608.	Comites a Wartenberg.	6.
1618.	Comites a Wratislaw.	7.

Wirs-

*Nomen Gentis.*

7

<i>Annus</i>		<i>Numer.</i>
1629.	Wirsnich Comites de Lubomirsky.	2.
1641.	Comes a Wagensperg.	1.
—	Comes a Weidenberg.	1.
1541.	Principes ab Hohenzollern.	4.
1693.	Comites a Zeil.	3.
1540.	Comites ab Aham.	7.
1578.	Comites ab Arcu.	9.
1592.	Asparmier Comes de Sallenoue.	1.
1606.	Comes de Arundel <i>Anglus.</i>	1.
1608.	Comites ab Athems.	5.
1627.	Comes d' Affry <i>Helvetus.</i>	1.
1634.	Airoldi Comes de Lucci <i>Mediolan.</i>	1.
1671.	Comites ab Archinto <i>Mediolan.</i>	4.
1731.	Comes ab Abensperg & Traun.	1.
1751.	Comes ab Albertis.	1.
1487.	Comites a Baumgarten.	17.
1586.	Comites a Berlo.	3.
1590.	Comites a Brandis.	3.
1593.	Comes a Blagay.	1.
1598.	Comes de Borromæi <i>Mediol.</i>	2.
1606.	Comites a Breuner.	3.
—	Comes a Bondelmontes <i>Florent.</i>	1.
1615.	Kazimirski, Comes de Biberstein.	2.
1646.	Comes de Brignoli <i>Genuensis.</i>	1.
1677.	Comites a Berchem.	9.
1694.	Comes de Bergen.	1.
1730.	Comites de Buttler.	2.
1516.	Comites a Clofen.	27.
1562.	Comites a Kolowrat Libsteinski.	7.
1564.	Comes a Christalnick.	1.
1605.	Marchio Clerici.	1.
1611.	Comes a Clary.	1.
1619.	Comes a Czernin.	1.
1623.	Marchio di Centurioni.	3.
1615.	Comes de Brembati, <i>Venetus.</i>	1.

Comes



<i>Annus</i>		<i>Numer.</i>
1655.	Comes de Costa, <i>Italus.</i>	1.
—	Comes de Cornaro, <i>Venetus.</i>	1.
1659.	Comes de Cifaski, <i>Polonus.</i>	1.
1667.	Comes de Casnedi, <i>Mediolan.</i>	1.
1672.	Comes de Cusa, <i>Italus.</i>	1.
—	Comites de Criechingen.	2.
1682.	Comes a Collico.	1.
1695.	Comes a Collalto.	1.
1719.	Comes de Cesana e Colli.	1.
1499.	Comes de Donnyn.	1.
1519.	Comes de Degenfeld.	1.
1611.	Comites de Dambrowica Firley, <i>Polonus.</i>	5.
1472.	Comites ab Elz.	3.
1555.	Comes ab Eyckstatt, <i>Pommeranus.</i>	1.
1581.	Comites ab Einsiedl.	2.
1611.	Comes ab Erdeodi, <i>Hungarus.</i>	1.
1647.	Comes ab Edling.	1.
1512.	Comites a Füeger.	20.
1568.	Comites ab Herbort de Fultin, <i>Poloni</i>	7.
1579.	Comes a Flamning, <i>Pommeranus.</i>	1.
1586.	Comites a Fräncking.	4.
1653.	Comes a Finck, <i>Megalopolitanus.</i>	1.
1516.	Comites a Goder.	11.
1631.	Gofynski Comes de Gofie, <i>Polonus.</i>	1.
1641.	Comites de Gaisrugg.	2.
1670.	Comites de Gafchin.	2.
1530.	Comites ab Hund.	19.
1532.	Comites ab Haslang.	9.
1543.	Comites ab Hoyos, <i>ex quibus primus fuit Hispanus.</i>	5.
1557.	Comites ab Hörwart.	28.
1586.	Comites ab Händl.	7.
1594.	Comes ab Hallweill.	1.
1637.	Comites ab Haimhausen.	6.
1653.	Comes ab Hohenhausen.	1.
1639.	Jelo Comes de Maliansky.	1.

Comes

*Nomen Gentis.*

9

<i>Annus</i>		<i>Numer.</i>
1606.	Comes ab Harrach.	1.
1520.	Comites a Königsfeld.	10.
1542.	Comites Khuen a Belasi.	12.
1621.	Comites a Kriisky.	2.
1630.	Comes a Koniiecpolski.	1.
1641.	Comes in Kratचित्तिin.	1.
—	Comites de Kazianer.	2.
1656.	Comites de Kollonitfch.	2.
1659.	Khuen, Comes a Liechtenberg.	1.
1510.	Comites a Khuenburg.	4.
1695.	Comes a Kinsky.	1.
1719.	Comites a Kreith.	3.
1662.	Khiusky Comes de Chiniz & Tettau.	1.
1486.	Comites a Limpurg dicti semper <i>Greg</i> Archipin- cernæ S. R. I:	5.
1500.	Comites a Leonrood.	7.
1536.	Comites a Lerchenfeld Göbelkove'n.	3.
1558.	Comites a Ladron.	13.
1587.	Comites a Lerchenfeld Köffening.	4.
1593.	Comites a Leibelfing.	10.
1626.	Lezno Comes de Letzinsky.	4.
1639.	Princeps Lanti, <i>Romanus</i> .	1.
—	Comes de Lugowski.	1.
1643.	Lanchorowsky Comites in Pizecie.	3.
1645.	Lezenskii Comites de Lezenice.	3.
1660.	Comes de Lamboy.	1.
1733.	Comes de Levizzanni.	1.
1537.	Comites de Muggenthal.	47.
1577.	Comites de Madrutz.	5.
1636.	Comites de Martiniz.	2.
1642.	Malinski Comes de Malino.	1.
1666.	Comes a Magni.	1.
1673.	Comes de Marolles, <i>Gallus</i> .	1.
1747.	Comites Topor de Morawizky.	2.
1630.	Comites de Naruszewo, <i>Poloni</i> .	2.

B

Niebors.

<i>Annus</i>		<i>Numer.</i>
1683.	Nieborsky Comes a Krzynoutoga.	1.
1692.	Comes a Nesselrode.	1.
1739.	Comes a Nyfs.	1.
1624.	Comes de Olesko, <i>Palatinides Russia.</i>	1.
1633.	Comes in Olexon, <i>Polonus.</i>	1.
1655.	Comites ab Opperstorff.	4.
1492.	Comites a Preifing.	29.
1589.	Comes de Poettingen.	1.
1600.	Comes a Pacc, <i>Polonus.</i>	1.
1606.	Comes de Perroni.	1.
1609.	Comes a Par.	1.
1622.	Comes de Pinnelli, <i>Genuensis.</i>	2.
1641.	Comites a Paradeis.	2.
1644.	Comes de Panciati, <i>Florentinus.</i>	1.
1646.	Preifing Comites in Orth.	2.
1649.	Comes a Platz,	1.
1650.	Powodou Powodewsky Comes in Wolfstein.	1.
1654.	Kornicz Poremsky Comes de Magna Poremba.	2.
1660.	Comes Praschna L. B. de Pilkau.	1.
1693.	Comas de Prolenki.	1.
1730.	Comites de Preifing in Moos.	8.
1481.	Comites a Rosenberg.	8.
1522.	Comes de Rindsmaul.	1.
1564.	Comites de Rosdrazow.	3.
1567.	Comites de Regal.	3.
1592.	Comites de Recordin.	5.
1598.	Comes de Rafini.	1.
1583.	Comes Heinrich Reufs <i>zu Maun.</i>	1.
1662.	Comes de Reicheim.	1.
1481.	Comites de Seinsheim.	9.
1609.	Comes de Rabbatta.	1.
1660.	Comites a Ruepp.	
1767.	Basselet, Comte de la Rosée.	1.
—	Comes de Rambaldi.	1.
1473.	Comites a Seibolstorff.	56.

Comites

*Nomen Gentis.*

II

<i>Annis</i>		<i>Numer.</i>
1488.	Comites a Sazenhofen.	5.
1543.	Comites a Spauer.	5.
1548.	Comites Schenck v. Castell.	13.
1586.	Comites a Savioli.	2.
1595.	Comes a Steonberg, <i>Polonus.</i>	1.
1639.	Comites a Seeau.	2.
1641.	Schawensky Comes a Schawinó.	1.
—	Schlesrinsky Comes a Schlesino.	1.
1647.	Comes a Strafoldo.	1.
1658.	Comes a Schlawada.	1.
1661.	Comes a Schwihowsky.	1.
1681.	Sedlnizki L. B. de Choltiz.	1.
1690.	Comes a Spiryn Tarlo.	1.
1693.	Comes a Schall.	1.
1699.	Comes a Stuppon Stempeck.	1.
1704.	Comes Seyffel d'Aix.	1.
1547.	Comites a Tauffkirchen.	14.
1555.	Comites a Thierheim.	9.
1583.	Comes in Tentzün.	1.
1596.	Comites a Trapp.	4.
1597.	Comites a Trauner.	2.
1600.	Comites a Thurn.	5.
1601.	Comes a Tucevii.	1.
1580.	Comites a Törring.	13.
1653.	Comes a Tuczno Wedel.	1.
1659.	Tizobicki Comes de Mebcziena.	1.
1667.	Comes de Törring Seefeld.	1.
1680.	Comites de Rheinstein Tattenbach.	5.
1592.	Vergy Comte de Champlite.	1.
1693.	Comes de Velbrugg.	1.
1489.	Comes de Wolfegg.	1.
1536.	Comites de Wolkenstein.	15.
1541.	Comites de Welsperg.	3.
1594.	Comes de Wachsenstein.	1.
1695.	Comes a Wezy Konawola Wezyck.	2.

B 2

Zwa-

<i>Annus</i>		<i>Numer.</i>
1642.	Zwanowsky Comes in Sterden.	1.
1665.	Zielona Comes a Zieliensky.	5.
1697.	Comites a Zamowsky.	3.
1610.	Comites a Zawiska, <i>Polon.</i>	2.

## BARONES & NOBILES.

1482.	Adelmann v. Adelmansfelden.	3.
1742.	Aretin L. B.	4.
—	Asperg.	1.
1493.	Auer v. Tobl.	3.
1496.	Afch.	15.
—	Auffels.	6.
1517.	Absperg.	3.
1536.	Adlshausen.	3.
1542.	Auer v. Ondelzhausen.	4.
1547.	Aw.	1.
1555.	Apfalther a Rew.	1.
1556.	Altorff dictus Wollenschlager.	1.
1556.	Aldenburg.	1.
1505.	Abenberg.	1.
1578.	Baro de Ansternraedt.	1.
1580.	Lew d'Altensteislingen.	1.
1584.	d'Avrillot, <i>Parisinus Gallus.</i>	1.
1591.	Augustini, <i>Senenses Itali.</i>	2.
1593.	Aldenbrugh, dictus Feldbrugh.	1.
1594.	Almmenhoffen.	1.
—	Au in Neuhausen.	1.
1597.	Altersham.	1.
1606.	Ainkirn a Bittenbach.	2.
1612.	Ambl in Rosenstein.	
—	Alviano Nob. Vicentinus.	1.
1614.	Annenberg.	1.
1620.	Altenau.	1.

Ach,

*Nomen Gentis.*

13

<i>Annus</i>		<i>Numer.</i>
1644.	Ach, <i>Parmensis Italus.</i>	1.
1652.	Adelsperg.	1.
1654.	Auer a Riedau.	1.
1661.	Althofen.	1.
1673.	Armansperg.	5.
1690.	Auer L. B. a Wenckel.	1.
1700.	L. B. ab Auer.	1.
1731.	L. B. ab Alten.	1.
1748.	Anethan.	3.
1473.	Bubenhoven.	8.
1475.	Biberach.	8.
1481.	Bochsau.	1.
1491.	Bollheim.	1.
1492.	Bibra.	6.
1500.	Bottna.	1.
1525.	Breitenbach.	6.
1535.	Brettenbach.	1.
1538.	Berg.	4.
—	Bettendorff.	1.
—	Bahingen.	1.
1541.	Bernstein.	2.
—	Berlichingen.	1.
1539.	Burgau.	8.
1541.	Buchler v. Weitteneck.	1.
1543.	Bemmelberg.	5.
1546.	Bunc, <i>Nob. Pommer.</i>	1.
1547.	Bernhausen.	7.
1553.	Bollstatt.	4.
1558.	Du Boys, <i>Nob. Bruxellensis.</i>	1.
—	Berner de Goedenradt.	3.
1559.	Berlingen.	2.
—	Bobenhausen.	1.
1565.	Bodma.	1.
1566.	Brickner v. Bruckstein.	1.
—	Binbach.	1.

B 3

Bruch

<i>Annus</i>		<i>Numer.</i>
1566.	Bruck ab Asdi.	1.
1569.	Busch de Vilsheim.	2.
1570.	Bulaw, <i>Nob. Megalop.</i>	1.
1575.	Breckendorff.	1.
1577.	Borch, <i>Nob. Pommeranus.</i>	1.
1578.	Bornekaw de Bukholm, <i>Nob. Danus.</i>	1.
1579.	Bennkendorff, <i>Nob. Marchicus.</i>	1.
—	Berbisdorff, <i>Nob. Misnius.</i>	1.
1580.	Belfeld.	1.
—	Berfeld.	2.
1583.	Bodmann.	5.
1584.	Barnstett.	3.
1583.	Berge.	1.
1586.	Brans a Wolffach.	1.
1588.	Bher, <i>Nob. Livoniensis.</i> •	1.
—	Brand.	2.
1590.	Braiten Landenberg.	3.
1594.	Bornemissa, <i>Nob. Transylvanus.</i>	1.
1595.	Bredow, <i>Nob. Marchicus.</i>	1.
1597.	Burgstorff.	1.
—	Blarer a Wartensee.	6.
1598.	Baro de Beauvan, <i>Lotharingus.</i>	6.
—	Beching.	1.
1602.	Barbuglio, <i>Brixianus Italus.</i>	1.
1604.	Bercha a Dubba & Leyppa, <i>Baro Bohemus.</i>	1.
1606.	Blumbl a Lindum.	1.
1611.	Barilowiz, <i>Nob. Croata.</i>	1.
1612.	Barbo, <i>Itali.</i>	2.
1613.	Bocholz, <i>Belga.</i>	1.
1625.	Buechberg.	1.
1641.	Berndorff.	2.
—	Biritta a Brandenfels, <i>Moravus.</i>	1.
1642.	Buechaufen.	1.
1646.	Bleistein.	1.
1658.	Bassus, <i>Grifo.</i>	4.
		Balke

## Nomen Gentis.

<i>Annus</i>	<i>15</i> <i>Numer.</i>
1658. Balke.	1.
1660. L. B. a Brato.	1.
1662. Bartels a Wendern.	2.
1682. Brodreis.	2.
1693. Berlepfeh.	1.
1697. L. B. de Brunnettis, <i>Silesus</i> .	1.
1699. Blumenfeld conditus L. B. a Kerchering.	1.
1702. Brouo L. B. in Tagmersheim.	2.
1704. Backenreith.	2.
—— L. B. de Bessol.	2.
—— Boyßl L. B. a Loiffing.	3.
1708. Berberich.	1.
1709. L. B. de Beccaria.	1.
1711. Bingen.	1.
—— Besta de Gatti.	1.
1715. L. B. de Bechmann.	3.
1728. L. B. a Buechwiz.	1.
1732. L. B. a Blumenthal.	4.
1742. L. B. a Braidhlon.	1.
1750. L. B. de Baden.	1.
1751. L. B. de Beckenzell.	1.
1756. L. B. a Bestalozza.	2.
1772. L. B. a Bardong.	1.
1472. Creuznach von Creuznach.	2.
1525. Carlewitz de Hof vom Berg.	5.
1553. Chaffeoy, <i>Nob. Burgundus</i> .	1.
1567. Clericati, <i>Nob. Vicentinus</i> .	1.
1586. Chotkewiz Comes in Schlaw & Misch.	2.
1598. Cignardi, <i>Nob. Mediol.</i>	1.
1604. Carp von Karpstein.	1.
1608. Crommer von Krippendorff, <i>Silesus</i> .	2.
—— Corraducci, <i>Florentinus</i> .	1.
—— Don Castilla a Carcheris.	2.
1609. Calci, <i>Mediolanensis</i> .	1.
1610. Cribelli, <i>Italus</i> .	2.
	<b>Car.</b>



<i>Annus</i>		<i>Numer.</i>
1611.	Carven.	1.
1659.	Crivelli L. B. a Gudo.	1.
1694.	Cronegg.	4.
1699.	L. B. de Cramm.	1.
1702.	L. B. de Cammerlohe.	2.
1714.	L. B. de Cazan.	2.
1541.	L. B. de Craydt, <i>Bohemus.</i>	1.
1473.	Dullinger de Dullingen.	1.
1478.	Dahlberg.	1.
1486.	Danberg.	11.
1490.	Daxperg.	10.
1497.	Dirnstein.	1.
1523.	Degenberg.	1.
1543.	Dichtl von Tuzing.	5.
1546.	Dabienski, <i>Polonus.</i>	1.
1547.	Dreyling.	3.
1550.	Watt der Damm.	1.
1551.	Droë.	1.
—	Deuttenhoven.	2.
1555.	Dondorf.	1.
1561.	Demenstein.	1.
1564.	Diacetti, <i>Patricius Florentinus.</i>	1.
—	Dornegg.	1.
1566.	Dettingen.	1.
1566.	Dornheim.	1.
1576.	Dulyfchoch, <i>Anglus.</i>	1.
—	Denger ab Eckaw.	2.
1519.	Dehema, <i>Frisius.</i>	1.
1581.	Dassel, <i>Nob. Saxo.</i>	1.
1596.	Dandorff.	1.
1601.	Debitz, <i>Silesius.</i>	1.
1604.	Decius de Weidenberg.	3.
1608.	Dienheim.	1.
1610.	Drach, <i>Nob. Rhenanus.</i>	1.
1644.	Donnersperg.	11.
		Deyring

*Nomen Gentis.*

17

<i>Annus</i>		<i>Numer.</i>
1653.	Deyring.	9.
1702.	L. B. de Dalem.	1.
1707.	Durhaimb.	2.
1681.	Delmuck.	1.
1719.	Donquers , <i>Hungarus.</i>	1.
1722.	Dirich.	2.
1724.	L. B. de Dithmar.	1.
1774.	L. B. a Drechsl.	1.
—	Egloffitein.	13.
1475.	Eyb.	11.
1509.	Eücheim.	1.
1515.	Ecker von Kapfing.	10.
1519.	Eys von Eysenberg.	1.
1530.	Ebenham.	2.
1542.	Ebersberg dictus a Weyers.	2.
1544.	Eisenreich.	6.
1552.	Eltershoven.	1.
1557.	Elrichingen.	1.
1565.	Erlebeck a Sinningen.	3.
—	Eck.	3.
—	Ellertshausen.	1.
1567.	Ezdorff.	6.
1569.	Ebeleben.	1.
1575.	Enheim.	2.
1576.	Ende , <i>Nob. Misnius.</i>	
1586.	Eulner a Diepurg.	1.
1593.	Espelbach.	1.
1595.	Echter von Mespelbrun.	5.
1598.	Ehinger a Burg.	1.
1603.	Eldern.	2.
1606.	Ehingen in Bergstein.	2.
—	Egloff a Zell in Immertingen.	2.
1610.	Edlinstetten.	1.
1609.	Egloff a Baal.	2.
1622.	Elsenheim.	3.

C

Enzen-

<i>Annus</i>		<i>Numer.</i>
1627.	Enzenberg.	3.
1641.	Edlweck.	4.
1642.	Engelsperg.	1.
1652.	Engl de Wagrain	1.
1654.	Eckstain ab Ernegg.	1.
1677.	Erolzheim.	7.
1711.	Eichorn a Glaufferstetten.	1.
1721.	L. B. ab Edlmar.	1.
